



## **La Bibliotheque Des Predicateurs**

Qui Contient Les Principaux Sujets De La Morale Chrétienne, Mis par ordre  
alphabétique

A - C

**Houdry, Vincent**

**Lyon, 1716**

Avertissement.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-75847](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-75847)

SECONDE DISCOURS PRELIMINAIRE.

ou imitez de Grenade, du Pere Delingendes, & des autres, lesquels en regardant leurs ouvrages publics, en ont fait un bien commun, & ont donne droit à tout le monde de s'en servir.

La seconde reflexion est, que l'imitation, en matiere de Sermons, & des autres discours, est bien differente du larcin. Car le larcin ravit l'honneur avec le bien de celui dont on s'attribue l'ouvrage, sans y rien mêler du nôtre; comme le Poëte Virgile le reprocha agreablement à celui qui s'eroit attribué des vers, que cet admirable Poëte avoit composez; au lieu que l'imitation fait honneur à celui qu'on imite, parce qu'enfin l'on ne peut marquer davantage l'estime que l'on fait de son ouvrage, que de le vouloir imiter: & quoi que ce ne soit pas la coutume de citer en cette occasion; quand le premier Auteur s'aperoit, que c'est lui que l'on copie de la sorte, il doit en sçavoir bon gré.

La troisième est, qu'il faut toujours se souvenir, que l'imitation est une ressemblance, & non pas une usurpation; & qu'ainsi imiter n'est pas prendre impunément,

ou s'approprier une partie de l'ouvrage d'autrui; mais c'est tâcher d'en faire un qui l'egale, ce qui s'appelle emulation, qu'on ne peut blâmer: ou si l'on adopte l'ouvrage entier, comme a fait Monsieur Ménage, en faisant imprimer le livre d'un des amis parmi les siens, auquel il a donné le nom de *liber adaptatus*, il faut, comme a fait ce sçavant Auteur, declarer qui en est le Pere.

Enfin la dernière reflexion que je prie de faire, ceux qui ecoutent les Prédicateurs, c'est de ne point trouver étrange, s'ils entendent dire à l'un, quelque chose qu'ils ont déjà entendu de la bouche de l'autre; & de se souvenir que les mêmes sujets ayant été rebatus tant de fois, il est difficile qu'on ne se rencontre en quelque chose; & que les mêmes pensées & les mêmes preuves, quand elles sont propres & naturelles, ayant été mises en oeuvre par les premiers qui en ont parlé, ceux qui viennent après, n'auroient souvent plus rien à dire, s'ils ne se servoient du même droit que ceux que l'on en croit être les premiers inventeurs; lesquels ont aussi imité les autres, qui ont traité les mêmes sujets avant eux.

*Hos ego ven-  
stculos feci,  
tulit alter  
honores: sic  
vos non va-  
bit, &c.*

AVERTISSEMENT.

Il paroît une seconde édition de ce Livre, dont le titre promet beaucoup, sçavoir qu'elle est revüe, corrigée, & augmentée par l'Auteur. C'est ce qui m'a porté, cher Lecteur, à vous donner cet avertissement: Car ayant été assez curieux que de revoir un tres-grand nombre d'endroits, pour voir si les effets répondoient aux promesses, je n'y ai trouvé rien moins que cela, ayant par tout rencontré les mêmes fautes que dans la premiere édition, si l'on en excepte quelques-unes assez peu considerables. Ainsi l'on ne peut dire rien d'autre, sinon que le Libraire de Lyon manque de bonne foi, puisqu'il ne fait point de scrupule d'imposer au Public; & que par une avidité forçide du gain, il s'est fort peu soucie de la reputation de son Auteur, puisque pour donner le même debit à cette édition qu'à la précédente, il n'a pas crû d'avancer fausement, que l'Auteur l'a revüe, corrigée, & augmentée. Ces promesses, cher Lecteur, ne se trouveront accomplies que dans cette édition in folio, où l'on a corrigé un fort grand nombre de fautes tres-considerables, & pris pour cela la peine de revoir plusieurs originaux, dont ce livre contient les extraits. Il ne sera pas aussi inutile de vous avertir en passant d'une chose touchant cette édition in folio, c'est qu'on avoit d'abord fait dessein de retrancher par tout le texte latin des Paragraphes troisiemes & quatriemes, qui contiennent les passages de l'écriture & des Peres, en laissant la citation au texte françois: ce qui a été executé dans le commencement en deux endroits; mais ayant ensuite réfléchi sur l'incommodité que ce retranchement causeroit aux plus sçavans comme à ceux qui le sont moins, par la nécessité où ils se trouveroient fort souvent de chercher dans plusieurs livres ce qu'ils peuvent trouver dans un seul; ayant même considéré que cela pouvoit être contraire à l'intention de l'Auteur, qui dans le grand nombre des passages qu'il a ramassés dans son livre, a certainement eu pour un des objets principaux la commodité & le soulagement de ceux qui en auroient besoin lorsqu'ils voudroient traiter quelque sujet; & dont ils auroient été privez en partie, si suivant ce premier dessein on avoit retranché le texte latin. Après dis-je ces reflexions, on a jugé à propos de laisser le texte latin à côté du françois, & l'on trouvera ici ce qui manque aux premiers Paragraphes d'où il a été retranché.

Paragraphe III. sur l'Affliction, &c.

**C**um ipso sum in tribulatione, eripiam eum, & glorificabo eum. Psalm. 90.  
 Multa tribulationes Justorum. Psalm. 33.  
 Juxta est Dominus is qui tribulato sum corde. Psalm. 33.  
 Sola vexatio dabit intellectum auditui. Isa. 28.  
 Percussisti eos, & non doluerunt; attrivisti eos, & reverterunt accipere disciplinam; induraverunt facies suas supra petram, & noluerunt reverti. Jerem. 5.  
 Frustra percussisti filios vestros, disciplinam non receperunt. Idem, c. 2.  
 Castigasti me, & eruditus sum. Idem, 32.  
 De excelso misisti ignem in ossibus meis, & orndivit me. Thren. 1.  
 Propter hoc sepiam viam tuam spinis. Osee 2.  
 Erudire Jerusalem (afflictionibus) ne forte recedat anima mea abs te, ne forte ponam te desertam, terram inhabitabilem. Jerem. 6.  
 Corripe me Domine: verumtamen in judicio, & non in furore tuo; ne forte ad nihilum redigas me. Idem, c. 20.  
 In paucis vexati, in multis bene disponentur; quoniam Deus tentavit eos, & invenit illos dignos se. Sapient. 3.  
 In tribulatione sua manent confurgent ad me, venite, & revertantur ad Dominum. Osee 6.  
 Cum occideret eos, querebant eum, & revertentur, & diluculo veniebant ad eum. Psalm. 77.  
 Imple facies eorum ignominia, & querebam no-

men tuum Domine. Psalm. 82.  
 Peccavi, & verè deliqui, & ut eram dignus non recepi. Job. 33.  
 Quia acceptus eras Deo, necesse fuit in tentatio probaret te. Tob. 12.  
 Quom diliget Dominus corripit, & quasi pater in filio complacet sibi. Proverb. 3.  
 Tentati sunt patres nostri, ut probarentur, si verè colerent Deum suum. Judith. c. 8.  
 Vasa figuli probat fornax, & homines justos tentatio tribulationis. Eccli. 27.  
 Si impius fuerit, va mihi est; & si justus, non levabo caput, saturatus afflictione & miseria. Job. 10.  
 Memores esse debent quomodo pater noster Abraham tentatus est, & per multas tribulationes probatus, Dei amicus effectus est. Judith. 8.  
 Sic Isaac, sic Jacob, sic Moyses, & omnes qui placuerunt Deo, per multas tribulationes transferunt fideles. Judith. ibid.  
 Et nos ergo non ulciscamur pro his qua patimur; sed reputantes peccatis nostris minor esse flagella Domini, quibus servi corripimur, ad emendationem, & non ad perditionem nostram evenisse credamus. Ibidem, c. 8.  
 Obsecro eos qui hunc librum lecturi sunt, ne abhorrescant propter adversos casus; sed repentent ea que acciderunt, non ad inierum, sed ad correptionem esse generis nostri. 2. Mlchab. c. 6.  
 Ipse castigavit nos propter iniquitates nostras, & ipse salvabit nos propter misericordiam suam. Tob. 13.

Beati estis cum maledixerint vobis, & persecuti vos fuerint, & dixerint omne malum adversum vos, mentientes, propter me. Matth. 5.

Qui non accipit crucem suam, & sequitur me, non est me dignus. Idem, c. 20.

Beati qui persecutionem patiuntur propter justitiam, quoniam ipsorum est regnum caelorum. Idem, c. 5.

Nomen hoc oportuit pati Christum, & ita intrare in gloriam suam? Luc. 24.

Nos quidem iuste, nam digna factis recipimus; hic vero nihil mali gessit. Idem, c. 23.

Rabbi, quis peccavit, hic aut parentes eius, ut caecos nasceretur? Respondit Jesus, neque hic peccavit, neque parentes eius; sed ut manifestentur opera Dei in illo. Joann. 9.

Non est servus major domo suo: si me persecuti sunt, & vos persequentur. Idem, c. 15.

Si mundus vos odit, scitote quia me priorem vobis odio habuit. Idem, ibidem.

In mundo pressuram habebitis; sed confidite, ego vici mundum. Idem, c. 16.

Amen, amen dico vobis, quia plorabitis & flebitis vos; mundus autem gaudebit, vos autem contristabimini; sed tristitia vestra vertetur in gaudium. Idem, ibidem.

Per multas tribulationes oportet nos intrare in regnum Dei. Act. 14.

Ibant gaudentes a conspectu Concilii, quoniam digni habiti sunt pro nomine Jesu contumeliam pati. Ibid. c. 5.

Tribulatio patientiam operatur, patientia autem probationem, probatio vero spem. Ad Rom. 5.

Existimo quod non sunt condigna passiones huius temporis ad futuram gloriam, quae revelabitur in nobis. Ibid. c. 8.

Sicut abundavit passiones Christi in nobis; ita & per Christum abundavit consolatio nostra; ut spes nostra firma sit pro vobis; scientes quod sicut socii passionum estis, sic eritis & consolationis. 2. ad Corinth. 1.

In omnibus tribulationem patimur, sed non angustiatur; aperiatur, sed non destruitur; deiciatur, sed non perimus. Ibidem, c. 4.

In omnibus exhibeamus nosmetipsos sicut Dei ministros; in multa patientia, in tribulationibus; in angustiis, in plagis, in carceribus; in laboribus; in vigiliis. 2. ad Corinth. 6.

Id quod in presenti est momentaneum & leve tribulationis nostrae, supra modum in sublimitate, aeternum gloriae pondus operatur in nobis; non contemplantibus nobis qua videntur, sed qua non videntur. Ibid. c. 4.

Repletus sum consolatione, superabundo gaudio in omni tribulatione nostra. Ibid. c. 7.

Libenter gloriabor in infirmitatibus meis, ut inhabitet in me virtus Christi. Ibid. c. 12.

A Domino corripimur, ut non cum hoc mundo damnemur. 1. ad Corinth. c. 4.

Benedictus Deus, qui consolatur nos in omni tribulatione nostra. 2. ad Corinth. c. 1.

Absit mihi gloriari, nisi in cruce Domini nostri Jesu Christi. Ad Galat. 6.

Nemo moveatur in tribulationibus istis; ipsi enim scitis quod in hoc posui sumus. 1. ad Thesal. c. 3.

Donatum est vobis pro Christo; non solum ut in eum credatis, sed ut & pro illo patiamini. Ad Philipp. 1.

Omnes qui pie volunt vivere in Christo Jesu, persecutionem patientur. 2. ad Timoth. 3.

Recognate eum, qui talem sustinuit a peccatoribus adversum semetipsum contradictionem. Ad Hebr. 12.

Beatus homo qui suffert tentationem, quoniam cum probatus fuerit, accipiet coronam vitae, quam

repromisit Deus diligentibus se. Jacob. 1.

Omne gaudium exultate, fratres, cum in tentationes varias incideritis, scientes quod probatio vestra fidei patientiam operatur. Ibidem.

Quem diligit Dominus, castigat; flagellat autem omnem filium, quem recipit. Ad Hebr. 12.

Christus passus est pro nobis, vobis relinquens exemplum, ut sequamini vestigia eius. 1. Petri 2.

Hac est gratia Dei, si propter Dei conscientiam sustinet quis tristitias, patiens iniuste. Ibidem.

Deus omnis gratia modicum passos ipse perficiet, confirmabit, solidabitque. Idem, c. 5.

Communicantes Christi passionibus gaudere, ut & in revelatione eius gaudeatis exultantes. Idem, c. 4.

Si exprobramini in nomine Christi, beati eritis; quoniam quod est honoris, gloriae, & virtutis Dei, & qui est eius spiritus, super vos requiescit. Idem, ibidem.

Nemo vestrum patiat ut homicida, aut fur, aut maledicus, aut alienorum appetitor; si autem ut Christianus, non erubescat, glorificet autem Deum in isto nomine. Idem, ibidem.

Modicum nunc oportet contristari, in variis tentationibus, ut probatio vestra fidei multo pretiosior auro, quod per ignem probatur, inveniat in laudem, & gloriam, & honorem, in revelatione Jesu Christi. 1. Petri, c. 1.

Ego quos amo, arguo & castigo. Apocal. 3.

Paragraphe IV. sur la même Affliction, &c.

Si ploras, pie plora, noli cum indignatione, noli cum typho superbia, noli repellere flagellum, si non vis repelli ab hereditate. Sanctus Augustinus in Psalm. 99.

Cogita medicinalem dolorem, futuram cogitans sanitatem. Idem, in Psalm. 102.

Non te sine flagello speres futurum, nisi forte cogites exheredari; flagellat omnem filium quem recipit. Itane omnem? ubi te volebas abscondere? omnem, & nullus exceptus, nullus sine flagello erit; quid est omnem? vis audire quem omnem? etiam unicus sine peccato, non tamen sine flagello. Idem, in Psalm. 32.

Unde plangis? quod pateris medicina est, non parva; castigatio, non damnatio; noli repellere flagellum, si non vis repelli ab hereditate. Idem, in Psalm. 99.

Tu semper aderas misericorditer saviens, & amarissimis aspergens offensionibus omnes illicitas jucunditates meas. Idem, lib. Conf. 2.

Intelligat homo medicum esse Deum, & tribulationem medicamentum esse ad salutem, non penam ad damnationem; sub medicamento positus iuvenis, secaris, claudas; non audit medicus ad volucentem, sed audit ad sanitatem. Idem, in Psalm. 21.

Nullus servus Christi sine tribulatione est: si putas te non habere persecutiones, nondum coepisti esse Christianus. Idem in Sermon. & in Psalm. 55.

Gaudeat Christianus in adversis; quia aut probatur, si iustus est; aut si peccator est, emendatur. Idem, Sermon. 20. in Append.

Peccator filius dedignatur flagellari, cum sine peccato videat unicum flagellatum. Idem, in Psalm. 88.

Non invenit locum sapientia, ubi non est patientia. Idem, Sermon. 4. de verb. Apost.

Doctrina viri per patientiam nascitur; tanto ergo quisque minus ostenditur doctus, quanto contriventer minus patiens. S. Gregor. Homil. 35. in Evang.

Si mens forti intentione dirigitur, quidquid in ha. via amaram sit, dulce estimat; omne quod affliga requiem putat. Idem, in Moral.

\*\*\* j

In hoc mens iusta ab iniusta discernitur, quod iusta omnipotentis Dei laudem inter adversa consistit; quod non cum rebus frangitur; quod non cum casu gloria exterioris cadit. Idem, in Ezech.

Ego virtutem patientis, & signis & miraculis majorem credo. Idem, in Dialog. l. 1.

Sine ferro & flamma Martyres esse possumus, si patientiam in animo veraciter conservamus. Idem, ibidem.

Nihil fortius vis, qui ferre omnia parati sum. Idem, l. 2. Moral.

Fili Israel premuntur à Pharaone, & à Moysè invitantur, ut utroque modo velint exire, nempe ut dum amor provocat, cruciatus impellat. Idem l. 26. Moral. c. 9.

Ego fidenter dico, quia minus pie vivis, si minus persecutionem pateris. Idem, l. 6. Epist. 27.

Quis Sanctorum sine certamine coronatus est? Abel iustus occiditur; Abraham uxorem periclitatur amittere; quare, & invenies Sanctos omnes adversa perpeffos; solus Salomon in deliciis perpetuo fuit, & forsitan ideo corruit; quem enim diligit Dominus, castigat. Hieronymus.

Pendendo sanguinem, & patiendo magis quam faciendo contumelias, Dei fundata est Ecclesia. Idem, Epist. 62. advers. Joann. Hierosol.

Triticum non rapit ventus, nec arborem solida radice fundatam procella subvertit; inanes palæa tempestate jactantur, invalida arbores turbis incussione vertuntur. Cypr. de Simpl. Prælat.

Quantum patientia licet, ut Deum habeat debitorum. Tertull. lib. de Patientia, c. 15.

Abstulit virtus crucis omnes aculeos mortis, in Dominici capitis patientia obrundens. Idem, de corona, c. 14.

Nihil corpus sentit in nervo, cum animus in celo est. Idem, lib. ad Martyr.

Non licet nobis unâ die sine patientia manere. Idem, lib. de patientia.

In insidiis, & calumniis injuriam non patimur, sed illi qui faciunt. Chrysof. Homil. 68. ad Popul. Antioch.

Quando Deus dat alicui ut mortuos suscitet, minus dat, quam cum dat donum patienti; pro miraculis enim debitor sum Deo, pro patientia debitorum habeo Christum. O rem admirandam! & donat mihi, & super hoc debet ipse mihi. Idem, in Epist. ad Philipp.

Vinctum esse propter Christum præclarior est quam esse Apostolum. Si quis amore Dei uritur, novit vin vinculorum, maluerit esse vinctus propter Christum, quam habitare Celos. Idem, Homil. 8. in Epist. ad Ephes.

Si quis mihi daret totum Cælum, aut Pauli carenam, ego illam præferrem. Idem, ibidem.

Etiamsi pati nullam aliam haberet mercedem; hoc solum est magna merces, & sufficiens remuneratio, gravia pati propter Deum qui amatur. Idem, ibidem.

Gratia verè maxima, dignum censei propter Christum aliquid pati, & corona verè perfecta, & merces, futura retributione non minor. Idem, Homil. super orat. Annæ.

Magna dignitas & multa, regno, consulatu, universisque major, pro Christo ligari. Idem, in illud D. Pauli, obsecro vos ego vinctus in Domino, ubi agit fustus de vinculis Pauli.

Nihil hæc lingua sanctius, que in adversis Deo gratias agit; certe non inferior est lingua Martyrum, utraque pariter coronatur. Idem, Hom. 8. in Epist. ad Coloss.

Job ille pugil pietatis, Athleta orbis, sicut adamas quidam omnes impetus ferre potuit. Idem, Homil. 23. in Genes.

Philosophi omnem sapientia ostentationem de patientia præferunt. Tertull. lib. de patientia.

Job jacebat corpore in sterquilinio, sed animo habitabat in Cælo; consumebatur vermicibus, qui spiritus superabat immundos. Cassiod. in Psalm. 37.

Tempora patienti non potest prævenire felicitas regnandi. S. Leo, de Transfig. Domini.

Felicitate sunt miseri, quos constat non meruisse que perferunt. Hildebert. Epist. 39.

Vera patientia est pati vel agere contra quod libeat, sed non contra quod liceat. Bernard. lib. 2. de Considerat.

Sunt alii mites, sed quamdiu dicitur vel agitur pro eorum arbitrio; sed quam longe sunt à patientia apparet, si levis oriatur occasio. Idem, in quodam Sermon.

Quomodo stelle in nocte lucent, in die latent; sic vera virtus que semper in prosperis non apparet, in adversis eminet. Idem super Cantic.

Sane Christianus quodammodo esse desinit, qui in hoc positus ut perferret, nihil perfert. Salvian. contra Gent.

Qui est magis patientis, magis est sapiens. S. Thomas, lib. de Cond. Principum, c. 34.

Mirabilis res est patientia, que tanquam in tranquillo portu animum constituit, eumque & ab adversis ventis, & fluctibus tempestatum liberum reddit. S. Chrysof. Homil. 83. in Joann.

Non est verus patientis qui non pati vult, nisi quantum sibi visum fuerit, & a quo sibi placuerit. Lib. de Imitatione Christi, l. 3. c. 19.

Crux semper parata est, & semper te expectat, non potes effugere, quocumque cucurreris, quia quocumque ieris, te ipsum tecum portas, & semper te ipsum invenis; converte te supra, converte te infra, converte te extra, converte te intra, & in omnibus invenies crucem. Idem, l. 2. c. 12.

Si pati non vis, recusas coronari: si autem coronari desideras, certa viriliter, sustine patienter; sine labore non pervenitur ad regnum. Ibidem.

Parum est quod tu pateris in comparatione eorum, qui tam multa passi sunt: oportet te igitur aliorum graviora ad mentem reducere, ut levius feras tua minima. Ibidem.

Merito deberes libenter modicum pati pro Christo, cum multi majora patientur pro mundo. Idem, lib. 2. c. 12.

Crux Christi clavis est Paradisi. Chrysof. Homil. in Evang. Luc. de Divite.

Delicatus es miles, si vis gaudere cum seculo; & postea regnare cum Christo. Sanctus Hieronymus. Epist. ad Heliod.

Tolle Martyrum certamina, tulisti coronas: tolle cruciatus, tulisti beatitudines. S. Ambros. l. 4. in Luc. c. 4.

Vis desideriorum facit tolerantiam laborum & dolorum; & nemo, nisi pro eo quod delectat, sponte suscipit ferre quod cruciat. August. in lib. de Patientia.

### Paragraphe III. sur l'Ambition.

**V**enite, faciamus nobis civitatem & turrim, cuius culmen pertingat ad Cælum, & celebremus nomen nostrum, antequam dividamur in universas terras. Genes. 11.

Non dominabor vestri, nec dominabitur in vos filius meus; sed dominabitur vobis Dominus. (aciebat Gedeon.) Judic. 8.

Sublevavit te cor tuum, contentus esto gloria & sede in domo tua. 4. Reg. c. 14.

Inimici Domini mox ut honorificati fuerint & exaltati, deficientes quemadmodum fumus deficient. Psalm. 36.

Qui altam facit domum suam, querit ruinam. Proverb. 17.

Elevasti me, & quasi super ventum ponens, elisisti me valide. Jobi 30.

Noli querere à Domino ducatum, neque à Rege cathedram honoris. Eccli. 7.

Noli querere fieri iudex, nisi valeas virtute irrumpere iniquitates. Eccli. 7.

Non adicies exaltari amplius in Monte sancto meo. Sophon. 3.

Quicumque voluerit inter vos major fieri, sit vester minister. Matth. 20.

Nescitis quid petatis: potestis bibere calicem quem ego bibiturus sum? Dicunt ei: Possumus. Ibidem.

Scitis quia Principes gentium dominantur eorum, & qui majores sunt, potestatem exercent in eos. Ibidem.

Quod altum est hominibus, abominatio est ante Deum. Luc. 16.

Charitas non est ambitiosa. 1. ad Cor. c. 13.

Nec quisquam sibi sumit honorem, sed qui vocatur à Deo tanquam Aaron. Ad Hebr. 5.

Qui potestatem sibi assumit injuste, odietur. Eccli. 20.

Dilexerunt gloriam hominum magis quam gloriam Dei. Joan. 12.

#### Paragraphe IV. sur le même sujet.

**N**on serè quisquam est qui careat amore dominandi, & humanam non appetat gloriam. S. August. super Psalm. 1.

Quoties hominibus præesse desidero, toties Deo meo præesse contendo. Idem, ibidem. & Bernard. Serm. 1. super missus est.

Locus superior, sine quo populus regi non potest, est administratur ut decet, tamen indecenter appetitur. Idem, lib. 19. de Civit. Dei, c. 19.

Cum iis, qui naturaliter sibi pares sunt, dominari quis affectat, intolerabilis omnino superbia est. Idem, lib. 1. de Doctrina Christi.

Honor querere te debet, non ipsum tu. Idem, lib. 50. Homil. Homil. 13.

Etiā in sinu Sacerdotum ambitio dormit; ibi sub umbra recubat, in secreto thalami se fraudulenter occultat. Cyprian. Serm. de Jejunio & tentat.

Mirentur alii signa quæ fecit, mirentur incredibilem abstinētiā; ego nihil ita stupeo, quam gloriam illum & honorem calcare potuisse. S. Hieron. Epist. 51. Quæ est de vita B. Hilarionis.

Ut sevi quidam veni in tranquillum mare delati totum ab imo subruunt, ut & arena cum undis misceatur; sic & ambitio, & turpis quæstus animam subeuntes omnia subvertunt. S. Chrysost. Homil. 43. ad Popul. Antioch.

Excæcat mentis intuitum præsertim gloria furor. Idem, ibidem.

Omnibus servis magis est servus, gloria cupidus. Idem, Homil. 49. ad Popul. Antioch.

Primatus, fugientem se desiderat, desiderantem fugit. Idem, in imperfect. opere. Homil. 35.

Hoc est quod humanum genus potissimum perdit, quia non vult naturæ suæ mensuram agnoscere, sed majora semper desiderat, & quæ supra suam sunt dignitatem, votis concipit. Idem, Homil. 30. in Genesim.

Blandum nomen bonos, mala servitus, exitus eger. Epist. 36. S. Paulini ad S. Augustinum.

Sepe quos vitia nulla delectant, quos nulla po-

tuit movere luxuria, nulla avaritia subvertere, facit ambitio criminosos. S. Ambros. super Luc. lib. 3.

Respiscat unusquisque à furore secularium dignitatum, quæ mentem, animumque perturbant, ut compos sui esse non possit. Idem, ibidem.

Ambitiosus, ut dominetur aliis, prius servit; curvatur obsequio, ut honore donetur; & dum vult esse sublimior, fit remissior. Idem, ibidem.

Ambitio est quedam simia charitatis; charitas enim patiens est pro æternis, ambitio patitur omnia pro caducis; charitas benigna est pauperibus, ambitio divitibus. Charitas omnia suffert pro veritate, ambitio pro vanitate: utraque omnia credit, omnia sperat; sed longè dissimili modo. Salvianus in Serm.

Locus regiminis desiderantibus negandus est, fugientibus offerendus; virtutibus ergo pollens, coactus ad regimen veniat. S. Greg. in Pastor.

Ordinate ad ordines accedendum est. Nam casum appetit qui ad summa loci fastigia postpositis gradibus, per abrupta ascensum querit. Idem, ibidem.

Qui primatum querunt, sibi ipsi dedecori sunt, ignorantes hoc se pacto in infima detrudere. Chrysost. Homil. 66. in Matth.

Principatus, quem aut seditio extorsit, aut ambitus occupavit, etiam si moribus aut actibus non offendit, ipse tamen initii sui est perniciosus exemplo: & difficile est ut bono peragatur exitu, quæ malo sunt inchoata principio. S. Leo, Epist. 85. Ambitio furoris causa. Bernard. Epist. 126.

Ambitio subtile malum, secretum virus, pestis occulta, doli artifex, mater hypocrisis, livoris parens, vitiorum origo, criminum fomes, virtutum arugo, tineæ sanctitatis, excæcatrix cordium, ex remedio morbos creans, generans ex medicina languorem. Idem in Psalm. 90.

O Ambitio! ambientium crux. Quomodo omnes torquens omnibus places! Nihil acerbius cruciat, nihil molestius inquietat. Idem. l. 3. de Confid.

Nullum tibi venenum, nullum gladium plus formido, quam libidinem dominandi. Idem, ibid.

Ambitiosi cum honorem adipisci desiderant, ceteros sibi prius per amorem acquirunt; cum verò adepti fuerint, elati potestate, eos ipsos per tumorem sibi postmodum subiciunt, quibus prius privati non terrorem, sed amorem exhibebant. Idem, Serm. 3. ex parvis.

Propter ambitionem, paratos ambitiosos videas universa pericula subire, scandala suscitare, sustinere odia, opprobria dissimulare, negligere maledicta. Idem, de Convers. ad Cleric. c. 32.

Sicut peremptoria est altitudo quaesita, ita periculosissima est oblata. Cyprian. l. de Jejunio & tentatione Christi.

Dic, queso te, omnibus istis laboribus nostris quò ambimus pervenire? Majorne esse poterit spes nostra in palatio, quam ut amici Imperatoris simus? Et ibi quid non fragile, plenumque periculis? & per quot pericula pervenitur ad grandius periculum? August. lib. 8. Confess.

Relinque ambitum: tumida res est, vana, ventosa; nullum habet terminum; tam sollicita est ne quem ante se videat, quam ne alium post se... confragosa in fastigium dignitatis est via. Seneca. Epist. 852.